

vis tenuis atque abjectus quidem, cui administrandum sit, fuerit, quamvis ardua nobis res atque laboris plena esse videatur, omnia haec pro fratri salute tolerabiliora facilioraque, oro, videantur : tanto enim studio tanta que cura Deus dignam esse animam ostendit, ut neque Filio suo pepercit.

r. Sint lumbi.

LECTIO IX.

Si non est nobis satis ad salutem, quod virtuose ipsi vivamus, sed oportet aliorum salutem re ipsa desiderare ; cum neque nos recte vivamus, neque alios hortemur, quid respondebimus ? Quae nobis spes salutis reliqua erit ? Quid majus, quam animis moderari, quam adolescentulorum fingere mores ? Omni certe pictore, omni certe statuario, ceterisque hujusmodi omnibus excellentiorem hunc duco, qui juvenum animos fingere non ignoraret.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

*Et per Horas*

Ant. 1 Qui ad justitiam erudiunt multos : quasi stellæ in perpetuas æternitates fulgebunt. (T. P. Alleluia).

2 Venite, filii, audite me : timorem Domini docebo vos. (T. P. Alleluia).

3 Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum. (T. P. Alleluia).

4 Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis. (T. P. Alleluia).

5 Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. (T. P. Alleluia).

Cap. Beatus vir. etc.

Concordat cum originali a S. R. C. approbato.

*Imprimatur :*

† EDUARDUS CAR. Arch. Marianopolitannus.

Marianopoli, die 6 decembris 1892

HYMNUS.

Qui mente, factis, pectore  
Totum tibi se tradidit,  
Jesu, beatum fervidis  
Hymnis Joannem pangimus.

Pura ad fluenta convocans  
Virtutis et scientie,  
Ad te venire parvulos  
Amore victos compulit.

Ut stilla rorans gramina,  
Mentes tenellas imbuat ;  
Divisque sparsit floribus  
Arctam salutis semitam.

At nunc superno e lumine  
Qui junctus adstat angelis  
Haec ipsa nobis impetrans  
Pergat tueri infantiam.

Jesu, tibi sit gloria,  
Cum Patre et almo Spiritu,  
Da, quo beantur Cœlites,  
Vultu tuo nos perfui.

Amen.

v. Justum. r. Et ostendit.

Ad Ben. Ant. Non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. (T. P. Alleluia).

ORATIO : *ut in prim. Vesp.*

IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesp. præter seq.*

v. Justum. r. Et ostendit.

Ad Mag. Ant. Amen dico vobis, qui suscepit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. (T. P. Alleluia).